

DIGESTORUM
D. IUSTINIANI
LIBRI L.

AD FIDEM CODICIS FLORENTINI ATQUE EDITIONIS TAURELLIANAE

LOS CINCUENTA LIBROS

DEL

DIGESTO

DEL

SEÑOR JUSTINIANO

SEGÚN EL TEXTO DEL CÓDICE FLORENTINO Y DE LA EDICIÓN TAURELIANA

EXPLICACIÓN DE LAS PRINCIPALES ABREVIATURAS

<i>Cr.</i>	<i>De verborum significatione tituli Pandectarum et Codicis. Cum variae lectionis apparatu curavit Andr. Guil. Cramer, Kiliae 1811. 8.</i>
<i>Gl.</i>	<i>Ausführliche Erläuterung der Pandekten, von D. Christian Friedr. von Glück, Erlangen 1797—1832. 8. xxxv Tomi.</i>
<i>Russ.</i>	<i>Ius civile Mssorum librorum ope . . . emendatum . . . L. Russardo auctore, consilio Franc. Duareni. Lugduni apud G. Rovillium 1561. (Tom. I. Digesta.)</i>
<i>Sav.</i>	<i>Das Recht des Besitzes v. Friedr. Carl. von Savigny, Giessen 1827. 8. 5te Aufl.</i>
<i>Schr.</i>	<i>Tituli Digestorum de condictione ob turpem causam et de testibus, ed. Eduardus Schrader, Tübingae 1819. 8.</i>
<i>Sch.</i>	<i>Antonni Schultingii notae ad Digesta, ed. Nicolaus Smallenburg, Lugd. Batav. 1804—1832. 8. vii Tomi.</i>
<i>Geb.</i>	<i>Gebaurei narratio de Henrico Brenemanno etc. Goettingae, 1764.</i>
<i>Br.</i>	<i>Brenemanni historia Pandectarum, s. fatum exemplaris Florentini, Ultraiecti, 1722.</i>
<i>Sp.</i>	<i>Digestum vetus, Infortiatum, novum, Lugduni apud Hugonem a Porta et Antonium Vincentium, 1551.—Spangenberg, Einleitung in d. Röm. Just. Rechtsbuch.—Corporis iuris civilis tomus alter Imp. Iustiniani, —G. A. Spangenberg, Gottingae. 1797.</i>
<i>Heim.</i>	<i>Basilicorum libri LX. post Annib. Fabroti, etc. edidit D. Car. Guil. Ern. Heimbach: Lipsiae 1833.</i>
<i>Vulg.</i>	<i>Lectura según la Vulgata, ó texto de la escuela de Bolonia.</i>
<i>Fl. ó ms. Flor.</i>	<i>Código Florentino.</i>
<i>Taur.</i>	<i>Edición Taureliana, Florencia, 1555.</i>
<i>Hal.</i>	<i>Edición de Haloandro, Nuremberg, 1529.</i>
<i>orig.</i>	<i>Escritura original del Código Florentino, indicada por Brenemann.</i>
<i>corr. Fl.</i>	<i>Corrección hecha, según Brenemann, al Código Florentino por los copistas</i>
<i>ms. Pl. 1.</i>	<i>Codex bibliothecae Universitatis Lipsiensis Paulinae. 883.</i>
<i>ms. Pl. 2.</i>	<i>Codex bibliothecae Universitatis Lipsiensis Paulinae. 884.</i>
<i>ms. Bg.</i>	<i>Codex bibliothecae publicae quondam Capituli Bambergensis.</i>
<i>ms. Cas.</i>	<i>Codex bibliothecae Montis Casini.</i>
<i>ms. Gt.</i>	<i>Codex bibliothecae Universitatis Gottingensis.</i>
<i>ms. Vat.</i>	<i>Codex bibliothecae Vaticanae.</i>
<i>Bas.</i>	<i>Basilicorum libri LX. ed. C. A. Fabrotus. Paris. 1647.</i>
<i>ed. Cod. Lugdunensis.</i>	<i>Codicis lib. IX ad vetustissimorum exemplarium, etc. Lugduni 1551. 4.</i>
<i>ed. Nbg.</i>	<i>Edición de los nueve primeros libros del Código, Nuremberg. 1475.</i>
<i>ed. Schf.</i>	<i>Edición del Código, llamada Schoifferiana, 1475 y 1477.</i>
<i>Pac.</i>	<i>Codicis Dn. Justiniani, studio ac diligentia Iul. Pacii. Genevae. 1580.</i>
<i>Char.</i>	<i>Codicis Dn. Justiniani, opera et diligentia L. Charondae. Antverpiae. 1575.</i>
<i>Cont.</i>	<i>Codicis Dn. Justiniani, Antoni Contii. Parisiis. 1562—1566—1576.—Lugduni. 1571.</i>
<i>Bk.</i>	<i>Corporis iuris civilis,—cura J. L. G. Beck, Lipsiae. 1829.</i>
<i>var. l. gl.</i>	<i>Lectura varia, sacada de la glosa ordinaria.</i>
<i>ms. ó mss.</i>	<i>Manuscrito ó manuscritos, Código ó Códices.</i>
<i>ed.</i>	<i>Edición ó ediciones.</i>
<i>Vac.</i>	<i>Vacarii liber ex universo enucleato iure exceptus.</i>
<i>Corr. Krieg.</i>	<i>Corrección hecha en la edición de los hermanos Kriegel.</i>
<i>Koehl.</i>	<i>Koehler praetermissa ad. Constitutionem Αδδωκεν, Regiomonti 1781. 8.</i>
<i>N. del T.</i>	<i>Nota del traductor.</i>

DIGESTORUM PROOEMIA

PROEMIOS DEL DIGESTO

DE CONCEPTIONE DIGESTORUM

Imperator Caesar Flavius Iustinianus, pius, felix, inclutus, victor ac triumphator, semper Augustus, Triboniano quaestori suo salutem (1).

Deo auctore nostrum gubernantes (2) imperium, quod nobis a coelesti maiestate traditum est, et bella feliciter peragimus, et pacem decoramus, et statum reipublicae sustentamus, et ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus (3) adiutorium (4), ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summae providentiam Trinitatis (5), unde et mundi totius elementa processerunt, et eorum (6) dispositio in orbem terrarum producta est.

§ 1.—Quum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas, quae et divinas et humanas res bene disponit et omnem iniquitatem expellit, reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab urbe Roma (7) condita et Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in (8) infinitum extendatur, et nullius humanae naturae capacitate concludatur, primum nobis fuit studium, a sacratissimis retro principibus initium sumere, et eorum constitutiones emendare, et viae dilucidae tradere, quatenus in unum codicem (9) congregatae, et omni supervacua similitudine et iniquissima (10) discordia absolutae universis hominibus promptum suae sinceritatis (11) praebeant praesidium.

§ 2.—Hocque opere consummato, in (12) uno volumine, nostro nomine praefulgente, coaduna-

DE LA CONCEPCIÓN DEL DIGESTO

El Emperador César Flavio Justiniano, pío, feliz, inclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, á Triboniano, su cuestor, salud.

Gobernando con la protección de Dios creador el imperio que nos fué confiado por la Majestad del Cielo, hemos terminado con felicidad la guerra, glorificado la paz, y sustentado la república, y de tal modo levantamos nuestro espíritu para implorar la ayuda de Dios Omnipotente, que no confiamos en las armas, ni en nuestros soldados, ni en los generales, ni en nuestro propio ingenio, sino que ponemos toda nuestra esperanza únicamente en la providencia de la Trinidad Altísima, de donde procedieron los elementos del mundo entero, y nació su disposición en el orbe de la tierra.

§ 1.—Y pues entre todas las cosas no se halla ninguna tan digna de atención como la autoridad de las leyes, la cual dispone acertadamente las cosas divinas y las humanas, y excluye toda iniquidad; como reparásemos que todo el cúmulo de leyes, que trae su origen desde la fundación de Roma y desde los tiempos de Rómulo, era de tal modo confuso que se extendía á lo infinito, y no era comprensible por humana capacidad, fué nuestro primer cuidado comenzar por la obra de los antepasados sacratísimos príncipes, y enmendar y aclarar sus constituciones, para que, reunidas en un Código y purgadas de toda superflua analogía y de toda injustísima discordancia, ofrezcan á todos los hombres pronta y eficaz defensa de su sinceridad.

§ 2.—Y concluido este trabajo, reunido todo él en un volumen que brilla con nuestro nombre;

(1) Imp. Justinianus A. Triboniano Viro eminentissimo. Quaestori Sacri Palatii, *ms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Hal. y otros.*

(2) Fl.; gubernante, *Taur.*

(3) *ms. y ed. Cód.; ms. Flor.,* erigimus.

(4) adiutoriam, *ms. Flor.*

(5) *ms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.;* ad sol. provid. refer. summae Trin., *Hal. y otros.*

(6) rerum, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(7) urbe Romana, *ms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Pac.;* urbe, omitiendo Roma, *ms. Pl. 1. Gt., Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(8) in, falta en el *ms. Flor.*

(9) in uno codice, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(10) nequissima, *ms. Pl. 2., ed. Nbg.*

(11) serenitatis, *ed. Schf. Hal.*

(12) et in, *ms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*

to, quum ex paucis et tenuioribus relevati (1) ad summam et plenissimam iuris emendationem pervenire properarem (2), et omnem Romanam sanctionem et colligere et emendare, et tot (3) auctorum dispersa volumina uno codice (4) indita ostendere (quod nemo (5) neque sperare, neque optare ausus est), res quidem nobis difficillima, immo magis impossibilis videbatur. Sed manibus ad coelum erecti, aeterno (6) auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, qui et res penitus desperatas donare et consummare suae (7) virtutis magnitudine potest.

§ 3.—Et ad tuae sinceritatis (8) optimum respeximus ministerium, tibi quoque primo et hoc (9) opus commisimus, ingenii tui documentis ex nostri Codicis ordinatione acceptis, et iussimus, quos probaveris (10), tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris (11) disertissimis togatis fori amplissimae sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, et in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus, ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur.

§ 4.—Iubemus igitur (12) vobis, antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes et legere et eliminare, ut ex his omnis (13) materia colligatur, nulla, secundum quod possibile (14) est, neque similitudine, neque discordia derelicta, sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat (15). Quia autem et alii (16) libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturae nullis (17) auctoribus receptae nec usitatae sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare (18) dignamur sanctionem (19).

§ 5.—Quumque haec materia summa nostri numinis (20) liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere exstruere, et quasi proprium et sanctissimum (21) templum iustitiae consecrare, et in libros quinquaginta et certos titulos totum ius (22) digerere (23) tam secundum nostri constitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis (24) commodius esse patuerit (25), ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum, per millesimum et quadringentesimum paene annum (26) confusum, et a nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat; omnibus auctoribus iuris aequa dignitate pollutibus, et nemini quadam praerogativa servanda, quia

cuando descargados de las menos numerosas y más leves dificultades nos apresurábamos a llegar á la total y completa enmienda de las leyes, á reunir y corregir todas las romanas, y á presentar recopilados en un código los dispersos volúmenes de tantos autores, (cosa que nadie se había atrevido ni á esperar ni á desear), nos parecía difícilísima la empresa, y aún más que difícil, imposible. Pero levantadas al cielo las manos, é invocado el auxilio del Eterno, abrigamos de nuevo aquel propósito en nuestro ánimo, confiados en Dios, que puede, por la grandeza de su virtud, dar y consumir hasta las cosas más desesperadas.

§ 3.—Entonces recurrimos á la excelente cooperación de tu sinceridad, y habiendo adquirido pruebas de tu ingenio en la ordenación de nuestro Código, á ti en primer lugar te encomendamos esta obra, y te mandamos que eligieras, para asociarlos á este trabajo, á los que prefirieses, ya entre los más elocuentes profesores de derecho, ya de los más famosos abogados del foro de esta ilustrísima capital. Á los cuales, así congregados, y recibidos en nuestro palacio, después de aprobar nosotros tu elección, les autorizamos para realizar la obra, pero de modo que toda se haga bajo tu inteligentísima dirección.

§ 4.—Por tanto, os mandamos que leáis y corrigáis los libros pertenecientes al derecho romano de los antiguos jurisconsultos, á quienes los sacratísimos principes autorizaron para redactar é interpretar las leyes, á fin de que de ellos se recoja toda la materia, pero de suerte que no quede en ésta nada semejante ni en discordancia, sino que de ellos se compile únicamente lo de cada caso que sea aplicable á todos los demás. Pues aunque también otros escribieron libros de derecho, sus doctrinas no han sido admitidas ni profesadas por ningún autor, y nosotros no nos dignamos prestar á sus libros nuestra sanción.

§ 5.—Y pues esta materia va á ser recogida por suma liberalidad de nuestra divinidad, conviene compilarla con muy exquisito cuidado, consagrarla como propio y sagrado templo de la justicia, y distribuir todo el derecho en cincuenta libros y en determinados títulos, ya según la estructura de nuestro Código, ya á imitación del edicto perpetuo, según esto os pareciere más acomodado, á fin de que nada pueda quedar fuera de la mencionada compilación, sino que todo el derecho antiguo, confuso por espacio de casi mil cuatrocientos años, y por nosotros purgado, como rodeado de un muro en estos cincuenta libros, nada deje fuera de sí; concediendo á todos los tratadistas de derecho igual autoridad, y sin guardar cierta prerogativa á ninguno, porque no todos en todo, sino algunos

(1) revelati, ed. Schf., Vac.
(2) properamus, mss. Pl. 1. Bg., Bk.; properaremur, ed. Schf.; properemus, ed. Nbg., Vac.
(3) tota, ms. Flor.
(4) uni codici, mss. Pl. 2. Gt., Hal. Russ. Cont. Char. Pac., Vac.
(5) ms. Flor.; nemo alius, mss. y ed. Cód., Vac.
(6) ms. Flor.; erectis et aeterno, mss. y ed. Cód., Vac.
(7) suae, falta en Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.
(8) sanctitatis, ms. Bg.
(9) primum hoc, Russ. Cont. Char. Pac.
(10) probavimus, Vac.; probares, Hal. Russ. Cont. Char. Pac.
(11) iuris, ed. Schf. Hal.
(12) iugetur, ms. Flor., enmendado iugiter, ó igitur, que confirman ms. y ed. Cód.
(13) ms. Flor., Sp. Bk.; omnibus, mss. y otras ed. del Cód.
(14) sibile, mss. Flor., que se enmendó diciendo scibile, ó possibile. Esto último lo comprueban mss. y ed. Cód.

(15) sed quod ex his unum pro omnibus sufficiat, Hal.
(16) qui autem et alios, mss. Pl. 1. 2., ed. Nbg.; qui autem alios, ms. Bg.; quod autem alios, ms. Gt.
(17) ms. Flor., Cont. 62.; a nullis, mss. y ed. Cód.
(18) inquinare, Cont. al margen.
(19) nostra inquiet. dign. sanctione, ms. Pl. 2., Russ. al margen.
(20) a summi numinis, mss. Pl. 1. Bg. Gt., Vac.; a summi nostri numinis, ms. Pl. 2.; a summi nostri numinis, ed. Schf.; summi numinis, Hal. Russ. Cont. 62.
(21) sacratissimum, mss. Pl. 1. Gt., ed. Nbg. Schf.
(22) ius, parece añadido después en el ms. Flor.
(23) dirigere, ms. Pl. 1., Russ. al margen.
(24) nobis, ed. Schf. Russ. Cont. 66. 71. 65. Char.
(25) potuerit, Russ. Cont. Char. Pac.; apparuerit, ed. Nbg.
(26) mss. Flor. Pl. 1. 2., ed. Schf. Cont. 62., y casi lo mismo en los mss. Bg. Gt. Nbg.; per mille et quadringentos paene (fere) annos, Hal. Russ. Cont. 66. y otros.

non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores vel deteriores (1) inveniuntur.

§ 6.—Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius et aequius est, iudicatur, quum possit unus forsitan (2) et deterioris sententia et multas (3) et maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quae antea (4) in notis Aemilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo, nec non (5) Marciano adscripta sunt, quae antea nullam vim obtinebant (6) propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere, sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum vel interpretationem (7) necessarium esse perspexeritis, et hoc (8) ponere legis vicem obtinens non moremini, ut omnes, qui relati fuerint in hunc codicem (9) prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta et a nostro divino fuerint ore profusa. Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas; nam qui subtiliter (10) factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit.

§ 7.—Sed et hoc studiosum vobis esse volumus, ut, si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum, [supra] aequa longitudine (11) semota, et quod imperfectum (12) est repleatis, et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis; hoc etiam nihilominus observando, ut si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt (13), non recte scriptum inveniatis, et hoc reformetis, et ordini moderato tradatis, ut hoc videatur esse verum et optimum et quasi ab initio scriptum, quod a vobis electum et ibi positum fuerit, et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Quum enim lege antiqua, quae regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sunt potestatem, nos vero sanctionem omnem non dividimus (14) in alias et alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, quid (15) possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, quum reposita sunt, obtinere, ut, etsi (16) aliter fuerant (17) apud veteres conscripta, in contrarium autem in positione (18) inveniuntur, nullum crimen (19) scripturae imputetur (20), sed nostrae electioni hoc adscribatur.

§ 8.—Nulla itaque in omnibus praedicti codi-

en ciertas materias, han sido estimados mejores ó peores.

§ 6.—Y no juzguéis por la muchedumbre de autores lo que es mejor y más equitativo, pues á las veces puede la opinión de uno solo, y aún del peor, superar en algún punto á las de los más numerosos y mejores. Y por esto, no deberéis rechazar sin examen lo agregado antes de ahora en las notas de Emilio Papiniano, tomado de Ulpiano y de Paulo, y aun de Marciano, que anteriormente no gozaba de autoridad alguna por la gran consideración que se tenía al muy esclarecido Papiniano, sino que si estimaseis que algo de ello es necesario para el complemento ó para la interpretación de las obras del superior ingenio de Papiniano, no demostraréis ponerlo como teniendo fuerza de ley, de suerte que todos los jurisconsultos que en este Código fueren mencionados tengan autoridad, como si sus doctrinas proviniesen de constituciones imperiales y por nuestros divinos labios hubieren sido formuladas. Y con razón hacemos nuestros todos esos escritos, porque por nosotros se les concederá toda su autoridad; pues el que enmienda hábilmente lo hecho, es más digno de alabanza que el que primero lo inventó.

§ 7.—Y también queremos que tengáis especial cuidado, para que, si encontráis en los libros antiguos algo no bien colocado, ó superfluo, ó defectuoso, suprimida toda innecesaria prolijidad, completéis lo imperfecto, y presentéis toda la obra con moderadas proporciones y tan acabada como sea posible; teniendo además muy en cuenta esto, que si hallarais en las antiguas leyes ó constituciones, que los antiguos insertaron en sus obras, algo no bien copiado, también lo reforméis y presentéis en debida forma, de suerte que parezca que es lo verdadero y lo preferible, y como lo escrito originariamente, lo elegido y puesto allí por vosotros, y nadie se atreva á tachar de incorrecta su lectura comparándola con la del antiguo texto. Pues si por la antigua ley, que se llamaba Regia, todo el derecho y toda la potestad del pueblo romano fueron transferidos al poder imperial, y nosotros no dividimos toda la sanción entre unas y otras obras de los escritores de derecho, sino que queremos que toda entera sea nuestra, ¿qué podría la antigüedad abrogar en nuestras leyes? Y en tanto queremos que todos estos textos, una vez restablecidos, tengan fuerza de ley, que si, aun cuando hubieran sido transcritos de diferente manera en los autores antiguos, aparecieren, sin embargo, con sentido contrario en su inserción, no se impute ninguna falta á lo escrito, sino que esto se atribuya á elección nuestra.

§ 8.—Así, pues, no encuentre para sí cabida en

(1) doctiores, Vac.
(2) cum possit an, ms. Flor. contra la autoridad de todos los mss. y ed. del Cód.
(3) ms. Flor. Sp.; multos, mss. y otras ed. del Cód.
(4) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Sp.; antea, falta en Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.
(5) mss. Flor. Pl. 2. Bg., Cont. 62. Sp. Bk.; et, añaden mss. Pl. 1. Gt. y otras ed.
(6) partim, inserian mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.
(7) interpretationum, mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.
(8) hic, ed. Nbg.
(9) in hoc codice, ms. Pl. 2., ed. Nbg. Hal.
(10) ms. Flor., ed. Schf. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.; qui non subtiliter, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Sp. Vac. y var. l. gl.; qui non insubtiliter, var. l. gl.
(11) similitudine, mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.; multitudine, ms. Pl. 2.; longitudine, ed. Nbg. Hal. y otras.

(12) Las palabras del parentesis faltan en el ms. Flor.
(13) insuerunt, ms. Flor., corregido, insuerunt ó imposuerunt: esto último dicen Sp. Bk.; posuerunt, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.; posuerint, Hal.
(14) ms. Flor. Sp. Bk.; divisimus, mss. y las ed. del Cód.
(15) mss. Flor. Pl. 1. 2., Sp. Bk.; ne quid, ms. Bg., ed. Schf. Hal. y otras.; ut nil, ms. Gt.
(16) ms. Flor., Cont., 62.; ut si, mss. y otras ed. del Cód.
(17) mss. Flor. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.; fuerint, ms. Pl. 1. Hal. y otros.
(18) in compositione, mss. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Schf.; in compositionem, ms. Bg.; in compositione nostra, Hal. y los demás menos Sp. y Bk.
(19) non, por nullum crimen, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.
(20) imputetur, falta en Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

cis membris antinomia (sic enim a vetustate graeco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine contituito.

§ 9.—Sed et similitudinem, secundum quod dictum est, ab huiusmodi consummatione volumus exulare, et ea, quae sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redeimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus, quum divalium constitutionum sanctio sufficit (1) ad eorum auctoritatem, nisi forte vel propter divisionem, vel propter epletionem (2), vel propter pleniorum indaginem hoc contigerit, et hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum.

§ 10.—Sed et si quae leges in veteribus libris positae iam in desuetudinem (3) abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus, quum haec tantummodo obtinere volumus (4), quae vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almae urbis comprobavit, secundum Salvii Iuliani scripturam, quae indicat (5), debere omnes civitates consuetudinem Romae sequi (6), quae caput est orbis terrarum, non ipsam alias civitates. Romam autem intelligendum est (7) non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quae Deo propitio cum melioribus condita est auguriis.

§ 11.—Ideo (8) iubemus, duobus istis codicibus omnia gubernari, uno constitutionum, altero iuris enucleati et in futurum codicem compositi (9), vel si quid aliud a nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens, ut rudis animus studiosi (10), simplicibus (11) enutritus, facilius ad altioris prudentiae redigatur scientiam.

§ 12.—Nostram autem consummationem, quae a vobis (12) Deo annuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus, nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, et verbositatem suam supradicti codicis compendium confundere, quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, quum per contrarias interpretantium sententias totum ius paene conturbatum est; sed sufficiat, per indices tantummodo et (13) titulorum subtilitatem, quae παράτυλα (14) nuncupantur (15), quaedam admonitoria eius (16) facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

§ 13.—Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, iubemus, non per siglorum (17) captiones et compendiosa aenigmata, quae

ninguna de las partes del mencionado Código ninguna antinomia (que así, con una voz griega, se decía por los antiguos), sino que haya en todas una sola concordancia y una consecuencia, no quedando nadie en desacuerdo.

§ 9.—Mas también queremos, según se ha dicho, desterrar de tal compilación toda analogía, y no permitimos que de nuevo se incluyan del antiguo derecho las decisiones contenidas en las sacratísimas constituciones que en nuestro Código recopilamos, pues la sanción de las constituciones imperiales basta para su autoridad, á no ser que acaso esto fuese necesario, ya para la división, ya para su complemento, ó ya para la mejor investigación de su sentido, y ello, sin embargo, muy raras veces, para que de la repetición de este defecto no nazca algo espinoso en el prado de vuestra obra.

§ 10.—Y en manera ninguna os permitimos que si algunas leyes contenidas en los antiguos libros cayeron ya en desuso, las pongáis pues queremos que obtengan fuerza de tales tan sólo aquellas que ó el uso frequentísimo en los juicios mantuvo en vigor, ó antigua costumbre de esta excelsa ciudad confirmó, conforme á la opinión de Salvio Juliano, la cual indica que todas las ciudades deben seguir la costumbre de Roma, que es cabeza del orbe de la tierra, y no ella la de las otras ciudades. Mas por Roma ha de entenderse, no solamente la antigua, sino también nuestra corte, la cual, mediante la protección de Dios, ha sido fundada con mejores auspicios.

§ 11.—Portanto, mandamos, que todo se rija por estos dos códigos: uno, el de las constituciones, otro, el del derecho corregido y compilado en el futuro Código, salvo si alguna otra cosa se promulgaré por nosotros en forma de instituciones, para que la inteligencia del estudiante inculto, preparada con sencillas nociones, llegue más fácilmente al conocimiento de la superior ciencia del derecho.

§ 12.—Mas esta nuestra recopilación, que con la voluntad de Dios se compondrá por vosotros. mandamos que lleve el nombre de Digesto ó de Pandectas, sin que en lo sucesivo se atreva ningún jurisconsulto á aplicarle comentarios, ni á introducir confusión con su vanapalabrería en el compendio del mencionado código, como se hizo en los antiguos tiempos, cuando por las contrarias opiniones de los intérpretes se perturbó casi todo el derecho; sino que baste, tan sólo á manera de índices y para explicación de los títulos, hacer ciertas observaciones que se llaman paratillos, con tal que de la interpretación de ellos no se origine vicio alguno.

§ 13.—Mas para que no surja en lo futuro duda alguna por causa de la escritura, mandamos que ni con artificios de abreviaturas, ni con signos

(1) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.; sufficiat, Hal. y los demás.

(2) mss. y ed. del Cód.; propter lectionem, mss. Flor.

(3) per desuet., mss. Pl. 1. 2. Bg. ed. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.

(4) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.; velimus, Hal. y otros.

(5) iudicat, ms. Bg., ed. Nbg.

(6) mss. Flor. Pl. 1. 2., Hal. Cont. 62. Bk.; et legem, adden ms. Bg. y ed. Nbg.; et leges, ed. Schf. Russ. y otros; τῇ συνήθειᾳ τῆς Ῥώμης ἀκολουθεῖν, Bas.

(7) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.; intelligimus, Russ. Cont. 66. y otros; νοιτέον, Bas.

(8) ms. Flor., Hal. Sp. Bk.; Ideoque, mss. y las demás ed. del Cód.

(9) componendo, ms. Pl. 1.; componendi, mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(10) studioso, Bk.

(11) simpliciter, Hal.

(12) mss. Pl. 2. Gt., ed. Nbg. Bk.; quae vobis, ms. Flor.; quae a nobis, mss. Pl. 1. Bg., ed. Schf. Hal. y otras.

(13) et, falta en el ms. Flor.

(14) paratilia, mss. Pl. 1. 2. y casi lo mismo Bg., ed. Schf.; παρατίθηκα, ed. Nbg.

(15) quae παρατ. nuncup., faltan en el ms. Flor.

(16) eis, mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.; ei se, ms. Gt.

(17) Cont. 62. al margen, Bk.; simplorum, ms. Flor.; simplorum, Sp.; signorum, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. y otras.

multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, aut aliud quidquam; nec etenim haec (1) per specialia signa (2) numerorum manifestari, sed per litterarum consequentiam explanari concedimus.

§ 14.—Haec igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat, et tam subtili quam (3) celerrimo finitradere, ut codex consummatus et in quinquaginta libros digestus nobis offeratur in maximam et aeternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiae argumentum (4), nostrique (5) imperii vestrique ministerii gloriam. Data octavo decimo Kalendas Ianuarias (6), Lampadio et Oreste viris clarissimis Conss. (530.)

Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alemannicus (7), Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, et Anatolio, et Thallelaeo (8), et Cratino, viris illustribus, antecessoribus, et Salaminio, viro disertissimo, antecessori (9), salutem.

Omnem reipublicae nostrae sanctionem iam esse purgatam et compositam tam in quatuor libris Institutionum seu elementorum, quam in quinquaginta Digestorum seu Pandectarum, nec non in duodecim Imperialium Constitutionum, quis amplius quam vos (10) cognoscit? Et omnia quidem, quae oportuerat et ab initio mandare, et post omnium consummationem, factum (11) libenter admittentes, definire, iam per nostras orationes tam Graeca lingua, quam Romanorum, quas aeternas fieri optamus, explicita sunt. Sed quum vos et omnes postea professores legitimae scientiae constitutos etiam hoc oportuerat scire, quid et in quibus temporibus hoc necessarium studiosis credimus (12), ut ex hoc optimi atque eruditissimi efficiantur, ideo praesentem divinam orationem ad vos praecipue faciendam existimamus, quatenus tam prudentia vestra, quam ceteri antecessores, qui eandem artem in omne aevum exercere maluerint, nostris regulis observatis, inclytam viam eruditionis legitimae possint ambulare. Itaque dubio procul quidem est, necesse esse (13) Institutiones in omnibus studiis primum sibi vindicare locum, utpote prima vestigia cuiusque (14) scientiae mediocriter tradentes; ex libris autem quinquaginta nostrorum Digestorum sex et triginta tantummodo sufficere tam ad vestram expositionem, quam ad iuventutis eruditionem iudicamus.

compendiosos, que por sí y por sus defectos introdujeron muchas antinomias, se escriba el texto de este código, aun cuando se signifique la numeración de los títulos, u otra cosa cualquiera; pues ni aun estas se han de expresar con las especiales cifras de los números, sino que mandamos se expliquen empleando letras.

§ 14.—Todo lo cual procure, con el favor de Dios, hacerlo tu sabiduría, junto con los demás elocuentísimos varones, y llevarlo tanto á feliz como á pronto término, á fin de que nos déis concluido y distribuido en cincuenta libros este código, para altísima y eterna memoria de la empresa, testimonio de la sabiduría de Dios Omnipotente, y gloria de nuestro imperio y de vuestro cometido. Dado á dieciocho de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los muy esclarecidos varones Lampadio y Orestes. (Año 530.)

El Emperador Cesar Flavio Justiniano, Alemánico, Gótico, Francico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pío, feliz, inclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, á Teófilo, Doroteo, Teodoro, Isidoro y Anatolio, Taleleo y Cratino, varones ilustres, profesores de derecho, y á Salaminio, varón elocuentísimo, maestro de jurisprudencia, salud.

¿Quién mejor que vosotros conoce que toda la legislación de nuestra República ha sido ya purgada y compilada, así en los cuatro libros de Instituciones ó Elementos, como en los cincuenta del Digesto ó Pandectas, y en los doce de Constituciones Imperiales? Y cuanto había convenido mandar en un principio, y explicar después de la conclusión de todos los trabajos, luego que de buen grado aprobamos lo hecho, fué ya declarado así en lengua griega como en la de los romanos por medio de nuestras cartas, que deseamos se conserven eternamente. Pero habiendo sido también conveniente que vosotros y todos los demás profesores que os sucedan en la ciencia del derecho sepáis qué materias y en qué épocas creemos necesario se enseñen á los escolares, para que por este medio lleguen á ser excelentes y muy instruidos juriconsultos, hemos juzgado que debíamos dirigir singularmente á vosotros la presente imperial declaración, con el objeto de que tanto vuestra sabiduría, como los demás profesores de derecho que en todo tiempo quieran ejercer el mismo magisterio, podáis seguir, observadas nuestras reglas, el inclito camino de la instrucción en el derecho. Ahora bien, está ciertamente lejos de duda que es necesario que las Instituciones reclamen para sí el primer lugar en todos los estudios, como quiera que dan en cierta medida las primeras nociones

(1) haec, falta en el ms. Flor.

(2) ms. Flor.; signa, mss. y ed. del Cód.

(3) quamquam, ms. Flor.

(4) providentiam et argum., mss. Pl. 1. Bg.; providentiam et augmentum, ms. Pl. 2.; providentiam augmentum, ed. Nbg.; providentia augmentum, ms. Gt.; providentiae argum., ed. Schf. Hal. y los demás menos Sp.

(5) nostri, mss. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg.

(6) Kal. Ianuariis, ms. Flor. Sp.; D. XIII. Kal. Ianuar. Con-

stantinop., Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.; D. XVIII. Kal. Ian. Constantinop., Cont. 62.

(7) Alemannicus, Hal. Vulg.

(8) Hal.; Thalleleo, Fl.

(9) antec., omitela Hal.

(10) nos, Hal.

(11) factam, Hal. Vulg.

(12) Taur. según la orig.; credidimus, corr. Fl., Br.

(13) esse, omitela Gron.

(14) Taur. al margen; cuius, en el texto.

Sed ordinem eorum et tramites, per quos ambulandum est, manifestare tempestivum nobis esse videtur, et vos in memoriam quidem eorum, quae antea tradebatis, redigere; ostendere autem novellae nostrae compositionis tam utilitatem, quam tempora, ut nihil huiusmodi artis relinquatur incognitum.

§ 1.—Et antea quidem, quemadmodum et vestra scit (1) prudentia, ex tanta legum multitudine, quae in librorum quidem duo millia, versuum autem tricies centena extendebatur, nihil aliud, nisi sex tantummodo libros, et ipsos confusos et iura utilia in se perraro habentes, a voce magistratū studiosi (2) accipiebant, ceteris iam desuetis, iam omnibus (3) in viis. In his autem sex libris Gaii nostri Institutiones et libri singulares quatuor, primus de illa veteri re uxoria (4), secundus de tutelis, et tertius nec non quartus de testamentis et legatis connumerabantur; quos nec totos per consequentias (5) accipiebant, sed multas partes eorum quasi supervacuas praeteribant. Et primi anni (6) hoc opus legentibus tradebatur non secundum Edicti perpetui ordinationem, sed passim et quasi per saturam collectum, et utile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputata. In secundo autem anno praepostera ordinatione habita, prima pars legum iis tradebatur, quibusdam certis titulis ab ea exceptis; quum erat enorme post Institutiones aliud (7) legere, quam quod in legibus et primum positum est, et istam nuncupationem meruerit (8). Post eorum vero lectionem, neque illam continuam, sed particularem et ex magna parte inutilem constitutam, tituli alii iis tradebantur tam ex illa parte legum, quae «de iudiciis» nuncupatur,—et ipsis non continuam, sed raram utilium recitationem praebentibus, quasi cetero toto volumine inutili constituto,—quam ex illa, quae «de rebus» appellatur, septem (9) libris semotis et in his multis partibus legentibus in viis, utpote non idoneis neque aptissimis ad eruditionem constitutis. In tertio autem anno quod ex utroque volumine, id est «de rebus» vel «de iudiciis», in secundo anno non erat traditum, accipiebant secundum vicissitudinem utriusque voluminis, et ad subtilissimum (10) Papinianum eiusque Responsa iter iis aperiebatur. Et ex praedicta Responsorum summatione, quae decimo et nono libro concludebatur, octo tantummodo libros accipiebant; nec eorum totum corpus iis tradebatur, sed pauca ex multis, et (11) brevissima ex amplissimis, ut adhuc sitientes ab iis recederent. His igitur solis a professoribus traditis, Pauliana Responsa per semetipsos recitabant, neque haec (12) in solidum, sed per imperfectum et iam quodammodo male consuetum inconsequentiae (13) cursum. Et hic (14) erat in quantum annum omnis antiquae prudentiae finis, ut, (si) quis ea, quae recitabant, enumerare mallet, computatione habita inveni-

de cualquier ciencia; mas juzgamos que de los cincuenta libros de nuestro Digesto bastan tan solo treinta y seis, así para vuestra exposición, como para la instrucción de la juventud. Pero nos parece oportuno manifestar el orden de ellos y el método con que se ha de proceder, y traerlos a la memoria lo que antes enseñabais; mostrando tanto la utilidad como las épocas de nuestro nuevo plan, para que no quede por conocer nada de lo relativo á esta enseñanza.

§ 1.—Mas antes, como también lo sabe vuestra ilustración, de tanta multitud de leyes, que se extendía verdaderamente á dos millibros y á tres millones de párrafos, no oían los estudiantes en las explicaciones de sus maestros mas que la exposición de tan solo seis libros, y estos confusos y conteniendo muy raras leyes útiles, pues los demás ó habían caído en desuso, ó eran para todos impenetrables. En cuyos seis libros se contaban las Institutiones de nuestro Gayo y cuatro tratados especiales, el primero, de aquella antigua acción dotal, el segundo, de las tutelas, y el tercero y el cuarto de los testamentos y legados; y ni aún integramente los aprendían todos, sino que pasaban por alto muchas de sus partes como superfluas. Y dábase esta enseñanza á los estudiantes de primer año no según el orden del Edicto perpetuo, sino recogida de aquí y de allí y sin concierto, mezclado lo útil con lo inútil, y consagrando á lo inútil la mayor parte. En el segundo año se les enseñaba con desordenado método la primera parte de las leyes, exceptuando en ella determinados títulos; siendo absurdo aprender después de las Institutiones otra cosa que lo que está puesto en las leyes en primer término y mereciere tal mención. Después del estudio de estas cosas, y no hecho continuado, sino por trozos, é inútil en gran parte, enseñábaseles otros títulos tanto de aquella división de las leyes, que se llama *de los juicios*, —y no dando lecciones seguidas sino pocas de cosas útiles, como dejando por inútil todo el resto del volumen,—cuanto de la parte que se llama *de las cosas*, separando siete libros y quedando en ellos muchas secciones impenetrables para los estudiantes, considerándolos como no idóneos ni muy á propósito para la instrucción. Aprendían en el tercer año, según el orden de uno y de otro tratado, lo que de ambos, esto es, *de las cosas* y *de los juicios*, no se les había enseñado en el segundo curso, y se les abría el camino para el estudio del muy sublime Papiniano y de sus Respuestas. Y de dicha colección de Respuestas, que constaba de diez y nueve libros, tan solo estudiaban ocho; y ni aún se les enseñaban integros, sino pocos pasajes entresacados de muchos, y brevísimos resúmenes de extensísimos tratados, para que de su estudio saliesen aún con deseos de saber. Explicadas solo estas cosas por los profesores, recitaban por sí mismo los discípulos las Respuestas de Paulo, y tampoco por completo, sino con el imperfecto y ya con el en cierto modo mal acostumbrado método de la discontinuidad. Y tal era

(1) *Taur. según la corr. Fl.; siet, orig., Br.*

(2) *magistri discipuli, Hal.*

(3) *et omnino, por iam omni., Hal.*

(4) *de veteri illa rei uxoriae actione, Hal.*

(5) *Taur. al margen; sequentias, en el texto.*

(6) *Et primo quidem anno, Hal. Vulg.*

(7) *Hal.; aliquod, Fl.*

(8) *et nuncup. meruit, τὸν πρότων, Hal.*

(9) *octo, Hal. Vulg.*

(10) *subtilissimum, Vulg.*

(11) *Taur. al margen; ea, en el texto.*

(12) *hoc, Vulg.*

(13) *constitutum consequentiae, Vulg.*

(14) *hinc, Taur. en el texto; is, al margen.*

ret (1), ex tam immensa legum multitudine vix versuum sexaginta millia eos suae notionis perlegere, omnibus aliis deviis et incognitis constitutis, et tunc tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quoties vel iudiciorum usus hoc fieri coëgerit, vel ipsi magistri legum aliquid ex his perlegere festinabatis, ut sit vobis aliquid amplius discipulorum peritia. Et haec quidem fuerant antiquae eruditionis monumenta, secundum quod et vestro testimonio confirmatur.

§ 2.—Nos vero tantam penuriam legum inventientes, et hoc miserrimum iudicantes legitimos thesauros volentibus aperimus, quibus per vestram prudentiam quodammodo erogatis, ditissimi legum oratores efficiantur discipuli. Et primo quidem anno nostras hauriant Institutiones, ex omni paene veterum Institutionum corpore eliminatas, et ab omnibus turbidis fontibus in unum liquidum stagnum conivatas tam per Tribonianum, virum magnificum, magistrum et ex quaestore sacri palatii nostri et ex consule, quam duos e vobis, id est Theophilum (2) et Dorotheum, facundissimos antecessores. In reliquam vero anni partem secundum optimam consequentiam «primam» legum partem iis tradi sancimus, quae Graeco vocabulo *πρῶτα* nuncupatur, qua nihil est antierius, quia quod primum est, aliud ante se habere non potest; et haec iis exordium et finem eruditionis primi anni esse decernimus. Cuius auditores non volumus vetere tam frivolo, quam ridiculo cognomine Dupondios appellari, sed Iustinianos (3) novos nuncupari, et hoc in omne futurum aevum obtinere censemus, ut hi, qui rudis adhuc legitimae scientiae (4) adspirent, et scita prioris anni accipere maluerint, nostrum nomen mereant, quia illico tradendum iis est primum volumen, quod nobis emanavit auctoribus; antea enim dignum antiqua confusione legum cognomen habebant, quum autem leges iam clare et dilucide animis eorum tradendae erant, necesse erat eos et cognomine mutato fulgere.

§ 3.—In secundo autem anno, per quem ex Edicto iis nomen antea positum et a nobis probatur, vel «de iudiciis» libros septem, vel «de rebus» octo accipere eos sancimus, secundum quod temporis vicissitudo indulserit, quam intactam observari praecipimus. Sed eosdem libros «de iudiciis» vel «de rebus» totos et per suam consequentiam accipiant, nullo penitus ex his derelicto, quia omnia nova pulchritudine sunt decorata, nullo inutili (5), nullo desueto in his penitus inveniundo. Alterutri autem eorundem volumini, id est «de iudiciis» vel «de rebus», adiungi in secundi anni audientiam volumus quatuor «libros singulares», quos ex omni compositione quatuordecim librorum excerpimus; ex collectione quidem tripartiti (6) voluminis, quod pro (7) dotibus composuimus, uno libro excerpto; ex duobus au-

en el cuarto año el término del estudio de toda la antigua jurisprudencia, de suerte que si alguien quisiera enumerar lo que repasaban, hallaría, hecho el debido cálculo, que de tan inmensa multitud de leyes apenas estudiaban los discípulos para su instrucción sesenta mil párrafos, quedando todos los demás desechados y desconocidos, y estudiándose tan solo alguna mínima porción de estos cuando ó la práctica judicial obligaba á hacerlo, ó vosotros mismos los profesores de derecho os apresurábais á repasar algun punto de los mismos, para que vuestra pericia fuera algo superior á la de los discípulos.

§ 2.—Pero viendo nosotros tanta penuria en el estudio de las leyes, y considerando esto muy lastimoso, hemos abierto á los que los deseen los tesoros de las leyes, con los que, distribuidos en cierto modo por vuestra sabiduría, los discípulos lleguen á ser oradores muy instruidos en el derecho. Y así, estudien en el primer año nuestras Instituciones, sacadas con cuidadoso esmero de casi todo el cuerpo de las antiguas Institutas, y llevadas de todas las turbias fuentes á un solo y claro estanque, así por Triboniano, varón magnífico, maestro y excustor de nuestro sacro palacio y excónsul, como por dos de vosotros, Teofilo y Doroteo, elocuentísimos profesores de derecho. Y mandamos que al final del año les sea enseñada por rigurosísimo orden la primera parte de las leyes, que con voz griega se llama *πρῶτα*, á la que nada hay anterior, porque lo que es primero no puede tener alguna cosa antes; y ordenamos que estas cosas les sirvan para comienzo y fin de su estudio en el primer año. A cuyos estudiantes no queremos que se les llame con el antiguo, tan frívolo como ridículo, sobrenombre de Dupondios, sino que se les apellide Nuevos Justinianos, lo cual disponemos se observe en todas las edades futuras, para que los que todavía incultos aspiren á la ciencia del derecho y deseen aprender lo mandado para el primer año merezcan nuestro nombre, porque en dicho año se les ha de enseñar el primer libro que para nosotros se formó de los tratadistas; pues si antes tenían un sobrenombre digno de la antigua confusión de las leyes, habiéndose de exponer estas ya desde hoy á su inteligencia con claridad y precisión, necesario era que también ellos se ostentasen con distinto nombre.

§ 3.—Mas en el segundo año, durante el que por el estudio del Edicto se les puso antes nombre que también aprobamos, mandamos que estudien, ya los siete libros *de los juicios*, ya los ocho *de las cosas*, según lo consintiere la alternativa del tiempo, la cual preceptuamos se observe sin alteración. Pero estudien dichos libros *de los juicios* y *de las cosas* íntegros y por su orden, sin dejar absolutamente nada de ellos, pues todo lo nuevo ha sido depurado con esmero, y en ello no puede en absoluto encontrarse nada inútil ni desusado. Y queremos que á estos dos volúmenes, *de los juicios* y *de las cosas*, se agregue en la enseñanza del segundo año los cuatro libros singulares, que de toda la compilación de catorce hemos escogido; del tratado en tres volúmenes, que sobre las dotes compusimos, un libro; de los dos de las tutelas y

(1) Hal.; inveniet, Fl.
(2) Hal.; Theophilum, Fl.
(3) Iustinianos, Hal.
(4) capessendae, inserta Hal.

(5) Hal. Vulg.; inutile, Fl.
(6) tripartita, Hal.
(7) de, Hal.

em de tutelis et curationibus uno; et (1) ex gemino volumine de testamentis uno; et ex septem libris de legatis et fideicommissis, et quae circa ea sunt, simili modo uno tantum libro. Hos igitur quatuor libros, qui in primordiis singularum memoratarum compositionum positi sunt, tantummodo a vobis iis tradi sancimus, ceteris decem oportuno tempore (2) conservandis, quia neque possibile est, neque anni secundi tempus sufficit ad istorum quatuordecim librorum magistra (3) voce iis tradendorum recitationem.

§ 4.—Tertii insuper anni doctrina talem ordinem sortiatur, ut sive libros «de iudiciis», sive «de rebus» secundum vices legere iis sors tulerit, concurrat iis tripertita legum singularium dispositio, et in primis «liber singularis» ad hypothecariam formulam, quem (4) oportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, posuimus; ut, quum aemula sit pignoratitiae actionibus, quae in libris «de rebus» positae sunt, non abhorreat eorum (5) vicinitatem, quum circa easdem res ambabus paene idem studium est. Et post eundem «librum singularem» alius liber similiter iis aperiatur, quem (6) ad Edictum aedilium, et de redhibitoria actione, et de evictionibus, nec non duplae stipulatione (7) composuimus; quum enim quae pro emptionibus et venditionibus legibus cauta sunt, in libris «de rebus» praefulgent, hae autem omnes, quas diximus, definitiones (8) in ultima parte prioris (9) Edicti fuerant positae, necessario eas in anteriorem locum transtulimus, ne a venditionibus, quarum quasi (10) ministrae sunt, vicinitate (11) ulterius devagentur. Et hos tres libros cum (12) acutissimi Papiniani lectione tradendos posuimus, quorum (13) volumina in tertio anno studiosi recitabant, non ex omni eorum corpore, sed sparsim pauca ex multis et in hac parte accipientes. Vobis autem ipse (14) pulcherrimus Papinianus non solum ex Responsis, quae in decem et novem libros composita fuerant, sed etiam ex libris septem et triginta Quaestionum, et gemino volumine Definitionum, nec non de adulteriis, et paene omni eius expositione in omni nostrorum Digestorum ordinatione praefulgens (15), propriis partibus praeclarus (16), sui recitationem praebebit. Ne autem tertii anni auditores, quos Papinianistas vocant, nomen et festivitatem eius amittere videantur, ipse iterum in tertium annum per bellissimam machinationem introductus est; librum enim hypothecariae ex primordiis plenum eiusdem maximi Papiniani fecimus lectione (17), ut et nomen ex eo habeant et Papinianistae vocentur, et eius reminiscences et laetificentur et festum diem, quem, quum primum leges eius accipiebant, celebrare solebant, peragant, et maneat viri sublimissimi praefectorii Papiniani et per hoc in aeternum memoria, hocque termino (18) tertii anni doctrina concludatur.

§ 5.—Sed quia solitum est, anni quarti studio-

curatelas, uno; de los dos de testamentos, otro; y de los siete de legados y fideicomisos, y de lo que a ellos respecta, del mismo modo tan solo un libro. Pues estos cuatro libros, que son los primeros de los mencionados tratados especiales, mandamos sean los únicos que por vosotros se les enseñen, conservando los otros diez para su tiempo oportuno, pues ni es posible otra cosa, ni el espacio de tiempo del segundo año basta para la exposición que de viva voz del maestro deberá hacerse de estos catorce libros.

§ 11.—Sed quum prospeximus (4), quod ad portandam tantae sapientiae molem non sunt idonei homines rudes, et qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, et aliam mediocrem emendationem (5) praeparandam (6) esse censuimus, ut sub ea colorati, et quasi primitiis (7) omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, et formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis accipere (8). Et ideo Triboniano, viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus et facundissimis antecessoribus, accersitis mandavimus, quatenus libris, quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, et Institutiones vocabantur, separatim collectis, quidquid ex his utile et aptissimum et undique sit (9) elimatum, et rebus, quae in praesenti aevo in usu vertuntur, consentaneum invenitur (10), hoc et capere studeant, et quatuor libris reponere (11), et totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuvenes suffulti possint graviora et perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autem eos, ut memores etiam nostrarum fiant constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgavimus, et in confectione (12) Institutionum etiam eadem emendatione (13) ponere non morentur, ut sit manifestum, et quid antea vacillabat, et quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum et relectum (14) est, et prono suscepimus animo, et nostris sensibus non indignum esse iudicavimus, et praedictos libros constitutionum vicem habere iussimus; quod et in oratione nostra, quam eisdem libris proposuimus (15), apertius declaratur.

§ 12.—Omni igitur Romani iuris dispositione composita, et in tribus voluminibus, id est Institutionum, et Digestorum seu Pandectarum, nec non Constitutionum, perfecta, et in (16) tribus

chas y muy grandes cosas hay que por causa de utilidad han sido transformadas; de tal manera, que tampoco la exceptuamos, aun cuando alguna constitución imperial se hallase transcrita en los libros de los antiguos, sino que por el contrario consideramos que también esto debía ser corregido y mejorado. Así, pues, habiendo dejado los nombres de los antiguos escritores, hemos conservado en nuestras enmiendas todo lo conveniente y necesario para la verdad de las leyes, y por esta causa también si algo en ellos había dudoso, ha logrado ya ser expresado con claridad completa, sin que quede lugar para que nadie titubee.

§ 11.—Pero considerando que para soportar la mole de tanta sabiduría no son aptos los hombres incultos, ni los que hallándose en los dinteles de las leyes se apresuran a penetrar en sus arcanos, juzgamos conveniente que debía prepararse otra recopilación más reducida, para que, tomando en ella una tintura, y como imbuidos en los principios de todas las materias, pudiesen penetrar en sus interioridades, y, sin haber de deslumbrar sus ojos, llegar a conocer la más esplendente expresión de las leyes. Y en su virtud, llamados Triboniano, varón excelso, que para la dirección de toda la obra fué elegido, así como Teófilo y Dorotheo, varones ilustres y elocuentísimos profesores de derecho, les mandamos, que, compendiados por separado los libros que los antiguos compusieron, que contenían las primeras nociones de las leyes y se llamaban Instituciones, se aplicasen a recoger de ellos todo lo que fuese útil, más adecuado y bajo todos conceptos correcto, y se considerara conforme con lo que en el tiempo presente se halla en uso, a insertarlo en cuatro libros, y a exponer los primeros fundamentos y elementos de toda instrucción, en los que apoyados pudiesen los jóvenes soportar los más graves y perfectos mandatos de las leyes. Pero les prevenimos que también hicieran mención de las constituciones nuestras que promulgamos para la reforma del derecho, y que en la confección de la Instituta tampoco se olvidasen de incluir la misma reforma, para que se supiese, así lo que antes era dudoso, como lo que después se ha redactado con carácter de estabilidad. Cuya obra, concluida por ellos, luego que nos fué presentada y que la revisamos, la aceptamos con benevolencia, y juzgamos que no era indigna de nuestro propósito, y mandamos que tuvieran fuerza de constituciones los mencionados libros; lo que más extensamente se declara en el discurso nuestro que pusimos a la cabeza de aquellos.

§ 12.—Hecha, pues, toda la compilación del derecho romano, encerrada en tres volúmenes, a saber; el de la Instituta, el del Digesto ó de las Pandectas, y el de las Constituciones, y termina-

(1) pepercimus, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Bk.; los mismos dicen también después, putavimus.

(2) ms. Flor.; Bk. Sp.; hanc corrigendam, ms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.; ed. Nbg. Schf. y otras.

(3) ms. Flor., ed. Schf. Sp. Bk.; restaurandam, ms. del Cód. y las demás ediciones.

(4) ms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. ed. Nbg. Schf. Sp. Bk.; perspeximus, Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.; perspexerimus, Hal. Russ. Cont. 62.

(5) ms. Flor., Sp. Bk.; eruditionem, ms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las demás ed. del Cód.

(6) properandam, ed. Nbg.

(7) primitus, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Pac.

(8) ms. Flor. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.; aspiceret, ms. Bg., Russ. Cont. 66. y otras.

(9) sit, falta en Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(10) ms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Cont. 62.; inveniatur, Hal. Russ. Cont. 66. y otras.

(11) imponere, ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(12) confessione, Cont. 76.; constitutione, ms. Bg.

(13) ms. Flor., Cont. 62. Sp. Bk.; eandem emendationem, ms. y las demás ed. del Cód.

(14) relictum, ms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Russ.; ἡμεῖς—κατασκευάμενοι καὶ διακρίναντες, la const. Δέδωκεν §. 11.

(15) ms. Flor. Pl. 1. Bg., ed. Schf.; praeposuimus, ms. Pl. 2. ed. Nbg. Hal. y otras.

(16) in, falta en ms. Pl. 1., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

annis consummata, quae, ut primum separari (1) coepit, neque in totum decennium (2) compleri sperabatur, omnipotenti Deo et hanc operam ad hominum sustentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximae Deitati reddidimus, quae nobis praestitit et bella feliciter agere, et honesta pace perpotiri (3), et non tantum nostro, sed etiam omni aevo, tam instanti quam posteriori, leges optimas ponere.

§ 13.—Omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere, necessarium esse perspeximus, ut sit eis cognitum, quanta confusione et infinitate (4) absoluti, in quam (5) moderationem et legitimam veritatem pervenerunt (6), legesque in posterum habeant tam directas, quam compendiosas, omnibusque in promptu positas, et ad possidendi libros earum facilitatem idoneas, ut non mole divitiarum expensa possint homines servacuae legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda (7).

§ 14.—Si quid autem in tanta legum compositione (8), quae ab inmenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum existimet, sed primum quidem imbecillitati humanae, quae naturaliter inest, hoc inscribat (9), quia omnium habere memoriam, et penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est (quod et a maioribus dictum est); deinde sciat, quod similitudo in quibusdam, et his brevissimis, assumpta non inutilis est, et nec (10) citra nostrum propositum hoc subsequutum. Ant enim ita lex necessaria erat, ut diversis titulis propter rerum cognationem (11) applicari eam oporteat (12), aut, quum fuerat aliis diversis permixta, impossibile erat, eam (13) per partes detrahi (14), ne (15) totum confundatur (16), et in his partibus, in quibus perfectissime (17) visiones (18) veterum expositae fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc dividere ac separare penitus erat incivile, ne tam sensus, quam aures legentium, ex hoc perturbentur (19). Similique modo, si quid principalibus constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitutionum recitatione sufficiente, nisi et hoc raro ex hisdem causis, quibus (20) similitudo assumpta est.

§ 15.—Contrarium autem aliquid in hoc codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec in-

da en tres años, á pesar de que cuando al principio se comenzó á formar no se esperaba concluir-la ni en todo un decenio, con ánimo piadoso ofrecimos á Dios Omnipotente esta obra destinada al gobierno de los hombres, y dimos infinitas gracias á la suprema Deidad, que nos ha permitido hacer con felicidad la guerra, alcanzar una paz honrosa, y dictar las mejores leyes, no sólo para la nuestra, sino también para todas las edades, tanto la presente, como las futuras.

§ 13.—Por lo tanto, hemos juzgado que era necesario hacer conocer á todos los hombres esta misma sanción, para que sepan de cuánta confusión é infinidad de leyes han sido librados y á qué reducción y verdad en las leyes han llegado, y para que tengan en lo sucesivo leyes tan directas como compendiosas, puestas al alcance intelectual de todos, y adecuadas para facilitar la adquisición de sus libros, á fin de que no á expensas de grandes sumas puedan los hombres adquirir los volúmenes de una superflua multitud de leyes, sino que por poquísimo dinero sea fácil su compra, tanto á los ricos como á los de poca fortuna, siendo adquirida por un precio mínimo toda la gran compilación de leyes.

§ 14.—Mas si en tan grande recopilación de leyes, que de un inmenso número de libros se ha sacado, se encontrase por rara casualidad algo que fuese análogo, nadie considere esto vituperable, sino que antes en verdad lo atribuya á la natural flaqueza humana, porque tenerlo todo en la memoria y en nada absolutamente errar, es más propio de la divinidad que de los mortales (como también se dijo por los antiguos); y sepa además, que la analogía en algunos, aunque brevísimos, pasajes, no ha sido empleada inútilmente, ni esto va contra nuestro propósito. Porque ó la ley era de tal modo necesaria que convenia que se la aplicara á diversos títulos por la analogía de las cosas, ó, aun cuando trataba de otras diversas, era imposible que fuese dividida en partes, para que no se confundiese la inteligencia de la totalidad, y era de todo punto inconveniente dividir y separar en tales partes, en las cuales perfectísimamente se habían expuesto las apreciaciones de los antiguos, lo que en ellas se había consignado parcialmente, para que por esto no se perturbasen así el pensamiento como los oídos de los lectores. Y de igual modo, si algo se halla resuelto en las Constituciones imperiales, no hemos permitido en manera ninguna que se ponga en el volumen del Digesto, considerando que basta la compilación de las Constituciones, á no ser también en casos raros y por las mismas causas, por las que se ha tolerado la analogía.

§ 15.—Mas lo contradictorio no vindicará para sí ningún lugar en lo consignado en este Código,

(1) separari, falta en Hal.; sperari, mss. del Cód. y ed. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.; superari, es más conforme á la constitución Δέδωκεν §. 12.

(2) in toto decennio, Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.

(3) potiri, mss. del Cód. y las ed., menos las de Cont. 62. Sp. Bk.

(4) iniquitate, ms. Pl. 1., Hal. Bk.

(5) ms. Flor., Cont. 62. Sp. Bk.; quantam, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las demás ed. del Cód.

(6) mss. Flor. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62.; pervenerint, ms. Pl. 1., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y otras.

(7) comparanda, ms. Bg., Bk.

(8) Si quid aut. legum in tanta compos., mss. Pl. 1. 2. Bg.

(9) adscribat, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Bk.

(10) nec, falta en Hal.; pero την των όποιων παραδεξαμεθα θεσειν, dice la const. Δέδωκεν §. 13.

(11) cognitionem, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.

(12) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Sp.; oportuerit, Hal. y las demás.

(13) eam, añadida después en el ms. Flor.

(14) distrahi, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(15) ius, insertan Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76.

(16) confunderetur, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(17) perfectissimae, ms. Flor., ed. Nbg. Cont. 62. Sp.

(18) ms. Flor., Cont. 62. Sp.; iussiones, mss. del Cód. y las demás ed.; otros, decisiones, y otros, divisiones, según hacen notar Russ. y Char.; το της άλλης θεωρίας συνεχεως, la const. Δέδωκεν §. 13.

(19) perturbarentur, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Bk.

(20) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 62. Sp.; ex quibus, Hal. y otras.

venitur, si quis subtili animo diversitatis rationes excutiet, sed est aliquid novum inventum vel occulte positum, quod dissonantiae querelam dissolvit, et aliam naturam inducit discordiae fines effugientem.

§ 16.—Sed et si quid forsitan praetermissum est, quod in tantis millibus quasi in profundo positum latitabat, et quum idoneum fuerat poni, obscuritate involutum necessario derelictum est, quis hoc apprehendere (1) recto animo possit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem, deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum (2) praebuit copiam (3), dein quod multo utilius est, pauca idonea effugere (4), quam multis inutilibus homines praegravare.

§ 17.—Mirabile autem aliquid ex his libris emerit, quod multitudo antiqua praesente brevitate paucior invenitur. Homines etenim, qui antea lites agebant, licet multae leges fuerant positae, tamen ex paucis lites perferebant (5), vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam (6); et voluntate (7) iudicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur (8). In praesenti autem consummatione nostrorum Digestorum e tantis leges collectae sunt voluminibus, quorum et nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant. Quae omnia collecta sunt substantia amplissima congregata, ut egea quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentissima autem brevitatis nostra efficiatur. Antiquae autem sapientiae librorum copiam maxime Tribonianus, vir excellentissimus, praebuit, in quibus multi fuerant et ipsis eruditissimis hominibus (9) incogniti, quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem pervenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positae sunt, sed etiam alia multa, quae (10), nihil vel utile vel novum in (11) eis invenientes, quod exceptum (12) nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

§ 18.—Sed quia divinae quidem res perfectissimae sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum (13) decurrit (14), et nihil est in ea (15), quod stare perpetuo possit (multas etenim leges edere natura novas deproperat), non desperamus, quaedam postea emergi negotia, quae adhuc legum laqueis non sunt innodata (16). Si quid igitur tale contigerit, augustum impleretur remedium, quia ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus praeposuit, ut possit omnia, quae noviter

ni se encuentra, si con cuidadosa atención se buscan las razones de la diversidad, sino que hay alguna cosa nueva, u ocultamente establecida, que destruye toda acusación de disonancia, é induce á otra explicación que evita las consecuencias de la discordia.

§ 16.—Pero si por acaso se ha omitido algo, que en tantos miles de libros se ocultaba como relegado en lo profundo y que, habiendo sido conveniente ponerlo, ha sido necesariamente abandonado como envuelto en la oscuridad, ¿quién podría censurarlo con justicia? en primer lugar, porque por la exigüidad del mortal ingenio, y en segundo, porque por vicio de la cosa misma, lo que se hallaba entremezclado con muchas inútiles no ha dado ninguna facilidad para ser descubierto, aparte de que es mucho más útil omitir pocas cosas convenientes, que sobrecargar á los hombres con muchas inútiles.

§ 17.—Sin embargo, una cosa admirable resulta de estos libros, y es que la antigua muchedumbre de ellos aparece más pobre que el presente compendio. En efecto, los que antes dirigían los litigios, aunque fueran muchas las leyes establecidas, proseguían no obstante los pleitos valiéndose de pocas, ya por la carencia de libros, que les era imposible comprar, ya por su propia ignorancia; y más bien por arbitrio de los jueces que por la autoridad de las leyes, se dirimían los litigios. Mas en la presente compilación de nuestro Digesto se han recopilado leyes de tantos volúmenes, que sus nombres, no decimos que los ignoraban, sino que jamás los oían los antiguos. Todas cuyas leyes han sido recopiladas habiéndose reunido una materia vastísima, de tal suerte que se considere pobre la antigua multitud, y se estime por el contrario opulentísimo nuestro compendio. Y fué Triboniano, varón excelentísimo, quien principalmente presentó gran copia de libros de la antigua sabiduría, entre los cuales había muchos desconocidos hasta para las personas más eruditas, y de los que, una vez revisados todos, se sacó y se trajo á nuestra muy excelente recopilación todo lo más selecto que contenían. Mas no solo examinaron los redactores de esta obra aquellos volúmenes de que se han puesto leyes, sino también otros muchos que desecharon con el mejor acierto, como quiera que en ellos no encontrasen nada ni útil ni nuevo, que recogido aplicaran á nuestro Digesto.

§ 18.—Mas por cuanto las cosas divinas son en verdad las perfectísimas, y la naturaleza del derecho humano se extiende siempre á lo infinito, sin que en ella haya nada que pueda subsistir perpetuamente (pues la naturaleza se apresura á producir muchas formas nuevas), no desesperamos de que después surjan ciertos negocios, que aún no están anudados con los lazos de las leyes. Si, pues, tal aconteciese, implórese el remedio al soberano, porque precisamente puso Dios sobre las cosas huma-

(1) *mss. Flor. Pl. 1. 2., Cont. 62. al margen; reprehendere, ms. Bg.*

(2) *sibi ad eruendum, mss. Pl. 1.; sibi ad erudiendum, mss. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*

(3) *curam, mss. Pl. 1. 2. Gt.*

(4) *idonee effundere, ms. Pl. 1., ed. Nbg. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.; idonea effundere, ms. Gt., ed. Schf.; idonee efficere, ms. Pl. 2.; idonea efficere, ms. Bg.; idonee effingere, Hal.; idonee effugere, Cont. 62.*

(5) *proferebant, ms. Bg., ed. Nbg.; perferebantur, Hal.*

(6) *mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.; inscitiam, ed. Nbg. Cont. 66. y otras.*

(7) *et voluntatem, ed. Nbg. Schf. Cont. 76.*

(8) *detinebantur, Vac.*

(9) *hominum, mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal.*

(10) *mss. Flor. Pl. 1. 2., ed. Nbg.; qui, ms. Bg., ed. Schf.; quae isti, Hal. y otras.*

(11) *in, falta en el ms. Flor.; in eis, faltan en el ms. Pl. 2.*

(12) *excerptum, Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(13) *semper infinitum, ms. Flor., Cont. 62.*

(14) *decurret, ms. Flor.*

(15) *eo, ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(16) *enodata, ms. Pl. 1.; innovata, ms. Flor.*

contingunt, et emendare, et componere, et modis et regulis competentibus tradere. Et hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia, quum et ipse Iulianus, legum edicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc retulit (1), ut, si quid imperfectum inveniat, ab imperiali sanctione hoc repleatur; et non ipse solus, sed et divus Hadrianus in compositione edicti et senatusconsulto (2), quod eam secutum est, hoc apertissime definivit, ut, si quid in edicto positum non inveniat (3), hoc ad eius regulas eiusque coniecturas et imitationes (4) possit nova instruere (5) auctoritas.

§ 19.—Haec igitur omnia scientes, patres conscripti, et omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summae Divinitati, quae vestris (6) temporibus tam saluberrimum opus servavit. Quo enim antiquitas digna divino non est visa iudicio, hoc vestris (7) temporibus indultum est. Hasce itaque leges et adorate (8) et observate (9), omnibus antiquioribus quiescentibus, nemoque vestrum audeat vel comparare eas prioribus, vel, si quid dissonans in utroque est, requirere (10), quia (11) omne, quod hic positum est, hoc unicum et solum observari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariae sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem Institutionibus nostrisque Digestis et constitutionibus, a nobis compositis vel promulgatis, aliquid vel recitare vel ostendere conetur, nisi temerator velit falsitatis crimini (12) subiectus una cum iudice, qui eorum audientiam patiat (13), poenis gravissimis laborare.

§ 20.—Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris haec consummatio ordinata est (14), iussimus et hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi, ut manifestissimum (15) sit, ex quibus legislatoribus quibusque libris eorum et quot (16) millibus (17) hoc iustitiae Romanae templum aedificatum est. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant (18), et quos et anteriores piissimi principes admittere non sunt indignati (19), omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi ququam (20) antiquam praerogativam vindicant. Quum (21) enim constitutionum vicem et has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas, quid amplius aut minus in quibusdam esse intelligatur, quum una dignitas, una potestas omnibus est indulta?

§ 21.—Hoc autem, quod et ab initio nobis visum est (22), quum hoc opus fieri Deo annuente mandabamus, tempestivum nobis videtur et in

nas el poder imperial para que pudiese enmendar, componer, y someter á modos y reglas competentes todas las cosas que de nuevo se producen. Y esto no se ha dicho primeramente por nosotros, sino que viene de antigua prosapia, pues el mismo Juliano, habilísimo redactor de leyes y del edicto perpetuo, consignó en sus libros, que si algo imperfecto se encontrara, se completase por decisión imperial; y no él solo, sino también el divino Adriano manifestó con toda claridad en la composición del edicto y en el senadoconsulto que á ella le siguió, que si algo no se encontrara consignado en el edicto, pudiese resolverlo una nueva autoridad, según las reglas, las conjeturas, y las analogías de aquel.

§ 19.—Sabiendo, pues, todo esto, padres conscriptos y hombres todos del orbe de la tierra, dad cumplidísimas gracias á la Divinidad suprema, que ha reservado para vuestro tiempo obra tan provechosísima. Pues aquello de que la antigüedad no fué considerada digna en el juicio divino, se ha concedido á vuestro tiempo. Y así, venerad y observad estas leyes, quedando derogadas todas las antiguas, y nadie de vosotros se atreva ó á compararlas con las anteriores, ó á investigar si algo en disonancia hay entre unas y otras, porque todo lo que aquí está puesto es lo único y solo que mandamos se observe. Y ni en juicio, ni en otra contienda en que son necesarias las leyes, intente nadie recitar ó mostrar algo, como no sea de las mismas Instituciones, de nuestro Digesto, y de nuestras Constituciones, por nosotros compuestos ó promulgados, si no quisiere sufrir, como infractor reo del crimen de falsedad, gravísimas penas, junto con el juez que consintiere la audiencia de aquellas citas.

§ 20.—Y para que no ignoréis de qué libros de los antiguos ha sido formada esta compilación, mandamos que también esto se consigne en los comienzos de nuestro Digesto, para que aparezca muy claramente con qué legisladores, con cuáles de sus libros, y con cuántos millares de ellos se ha edificado este templo de la justicia romana. Mas elegimos á aquellos legisladores ó comentaristas que habían sido dignos de tan grande obra, y á los que los muy pios principes anteriores no se desdénaron de aceptar, dando á todos el mismo grado de consideración, y sin que ninguno vindique para sí antigua prerogativa. Pues habiendo mandado que también estas leyes tuvieran fuerza de constituciones, como promulgadas por nosotros, ¿qué se entenderá que hay de más ó de menos en algunas, siendo una la legitimidad, y una la autoridad concedida á todas?

§ 21.—Mas también nos parece oportuno decretar al presente lo que ya se nos ocurrió en un principio, cuando mandábamos que, mediante la

(1) *ms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Sp.; retulerit, Hal. y otras.*

(2) *senatusconsulti, ms. Gt. Pl. 2. ed. Nbg.*

(3) *ms. y ed. del Cód.; invenitur, ms. Flor.*

(4) *mutationes, ed. Nbg.*

(5) *constituere, ed. Nbg. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.; construere, Russ.*

(6) *ms. Flor. Cont. 62. Sp. Bk., nostris, ms. Pl. 1. 2. Bg. ed. Nbg. Schf. Hal. y otras; ὑπετέροις χρόνοις, la const. Δέδωκεν §. 19.*

(7) *nostris, ms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(8) *et orate et salvate, ms. Pl. 2.*

(9) *servate, ms. Pl. 1., ed. Schf.*

(10) *quaerere, ms. Pl. 2. Hal.*

(11) *quia, añadido posteriormente en el ms. Flor.*

(12) *crimine, ms. Flor.*

(13) *ei audientiam accommodaverit (accommodavit), ms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac., Vac.*

(14) *sit, Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(15) *manifestum, ms. Bg., Russ. Cont. Char. Pac.*

(16) *quod, ms. Flor.*

(17) *quibusque — millibus, faltan en el ms. Pl. 1.*

(18) *ms. y ed. del Cód.; operant, por opere fuerant, ms. Flor.*

(19) *designati, Hal. Russ. Cont. 66. 71. Char. Pac.; dignitati, Cont. 76.*

(20) *ms. Bg., Hal. Russ. y después los demás; falta en la ed. Schf.; quodam, ms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg.; cuidam, ms. Flor.*

(21) *Dum, Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(22) *iustum visum est, Russ. Cont. Char. Pac.*

praesenti sancire, ut nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent (1), neque postea fierent (2), audeat commentarios hisdem legibus annectere, nisi tantum si velit eas in graecam vocem transformare, sub eodem ordine eaque (3) consequentia, sub qua et voce Romana (4) positae sunt (hoc, quod Graeci κατὰ πόδα (5) dicunt), et si quid (6) forsitan per titulorum subtilitatem annotare maluerint, et ea, quae paratitla (7) nuncupantur, componere. Alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones, eos iactare (8) non concedimus, ne verbositas eorum aliquod legibus nostris afferat ex confusione dedecus; quod et in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diversas sententias producentes (9) in infinitum detraxerunt (10), ut (11) paene omnem Romanam sanctionem esse confusam (12). Quos (13) si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituentur, volumina autem eorum omnimodo corrumpuntur. Si quid vero, ut supra dictum est, ambiguum fuerit visum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur, et ex auctoritate augusta manifestetur, cui soli concessum est leges et condere et interpretari.

§ 22.—Eandem autem poenam falsitatis constituimus et adversus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum (14) obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est (15) et nomina prudentium, et titulos, et librorum numeros per consequentias literarum volumus, non per sigla (16) manifestari; ita ut qui talem librum sibi paraverit, in quo sigla (17) posita sunt in qualemcumque locum (18) libri vel voluminis, sciat inutilis (19) se esse codicis dominum; neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte siglorum (20) habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas (21) inscribere ausus fuerit, non solum criminali poena, secundum quod dictum est, plectetur, sed etiam libri aestimationem in duplum domino reddat, si et ipse dominus ignorans talem librum vel comparaverit, vel confici curaverit; quod et antea a nobis dispositum est et in latina constitutione, et in graeca, quam (22) ad legum professores dimisimus.

voluntad de Dios, se hiciera esta obra, á saber; que nadie de los que en la actualidad poseen el conocimiento del derecho, ni de los que en lo sucesivo lo adquirieran, se atreva á agregar comentarios á estas leyes, sino que tan sólo pueda, si quisiere, traducirlas á la lengua griega, con el mismo orden y la misma correlación con que han sido escritas en lengua romana (lo que dicen los griegos κατὰ πόδα—al pie de la letra—), y componer lo que llaman *paratitlos*, si por acaso prefiriesen hacer algunas anotaciones por causa de la dificultad de los títulos. Pero no les permitimos exponer otras interpretaciones de las leyes, mejor dicho, perversiones de su sentido, para que su verbosidad no produzca con la confusión algún desdoro á nuestras leyes; cosa que se hizo por los antiguos comentaristas del Edicto perpetuo, quienes extendieron hasta lo infinito una obra confeccionada con moderación, alargándola acá y acullá con diversos pareceres, hasta el punto de haber sido confundida casi toda la legislación romana. ¿Y si á estos no los hemos tolerado, cómo se admitiría la vana discordia de la posteridad? Mas si tal cosa se hubieren atrevido á hacer, sean considerados como reos de falsedad, y sus libros sean inutilizados por completo. Y si algo, como arriba se ha dicho, hubiere parecido ambiguo, expóngase por los jueces á la imperial superioridad, y declárese por la autoridad augusta, única á la que es dado dictar é interpretar las leyes.

§ 22.—Pero la misma pena de falsedad establecemos también contra aquellos que en lo futuro se atrevieren á copiar nuestras leyes empleando las oscuridades de abreviaturas. Pues queremos que todo, esto es, así los nombres de los jurisconsultos, como los títulos y los números de los libros, se expresen por medio de letras, no con abreviaturas; de suerte que quien para sí hubiere comprado un libro semejante, en el que se hubieren empleado abreviaturas en cualquier lugar del mismo, sepa que inútilmente será dueño de este libro, pues ni licencia concedemos para recitar en juicio algo de tal Código que en alguna de sus partes contenga los fraudes de las abreviaturas. Y el mismo libreiro que se hubiere atrevido á emplearlas, sea condenado, según se ha dicho, no sólo á la corrección penal, sino que devuelva también en el duplo el precio del libro á su dueño, si éste, ignorándolo, hubiere comprado ó mandado hacer semejante libro; lo que ya de antes se había dispuesto por nosotros, así en la constitución latina, como en la griega, que á los profesores de derecho dirigimos.

(1) nec qui postea habebunt, añade el ms. Bg.
(2) ms. Flor.; neque qui postea fierent, Sp. Bk.; nec qui postea fuerint, mss. del Cód. y las demás ediciones.
(3) mss. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.; eadem, ed. Nbg.; eademque, Hal. y otras.
(4) ms. Pl. 2., ed. Schf. Sp. Bk.; voce Romanae, ms. Flor., Cont. 62.; voces Romanae, mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. y otras.
(5) En los ms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. hay vestigios de las palabras griegas, que faltan en la ed. Schf.; κατὰ πόδας, Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.
(6) Bk.; vel si quis, ms. Pl. 1.; vel si quid, ed. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.; et si qui, mss. Flor. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal. Sp.; καὶ εἴ τι, la const. Δέδωκεν §. 21.
(7) κατὰ πόδα, Hal. Russ. Cont. Char. Pac.; hay vestigios de la palabra griega en los mss. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.
(8) tractare, mss. Pl. 2. Gt., ed. Nbg.
(9) contrahentes, añade ms. Flor., que falta en los mss. y en las ed. del Cód., menos en Sp., quien la puso dentro de un parentesis.
(10) et factum est, inserta el ms. Bg.
(11) ut, falta en el ms. Bg.
(12) mss. Flor., Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Sp., cerneret, añaden las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk., contra

Russ. Cont. Char. y Pac.; quis duxerit, sobreañadido en el ms. Gt.; quis fateatur, ó intelligimus, ó crederes, dice Russ. que añaden otros; ὅστις—βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς—εἰς ἀναριθμητὸν ἐκταθῆναι πλήθος, la citada const. griega §. 21.
(13) mss. Flor. Bg., Sp.; Quod, mss. Pl. 1. 2. Gt., y otras ediciones.
(14) ms. Flor., Cont. 62. Sp. Bk.; signorum, mss. del Cód. y las demás ed., Vac.
(15) id est, faltan en las ed. Nbg. Hal.
(16) Véase la nota 14.
(17) Véase la nota 14.
(18) in quacunque loco, ms. Bg., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk. Vac.
(19) inutilem, ms. Bg., ed. Nbg.
(20) Véase la nota 14.
(21) quies, mss. Pl. 2. Bg., ed. Schf. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.
(22) dispos. est (in) constitutione, quam, mss. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76.; pero ταῖς τε τῇ Πρωμίων προελθούσαις φωνῇ, τῇ τε τῶν Ἑλλήνων γλώττῃ, la citada const. griega §. 22.

§ 23.—Leges autem nostras, quae (1) in his codicibus, id est Institutionum seu Elementorum et Digestorum vel Pandectarum, posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu praesentis duodecimae indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne aevum valituras, et una cum nostris Constitutionibus pollentes, et suum vigorem in iudiciis ostendentes (2) in omnibus causis, sive quae postea emergerint, sive quae in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis (3) forma compe-scut. Quae enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, haec resuscitari (4) nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium nostrum consulum (5) et has leges edere, quia maximi Dei et domini nostri, Iesu Christi, auxilium felicissimum eum (6) nostrae reipublicae donavit, quum in hunc (7) et bella Parthica abolita sunt, et quieti perpetuae tradita, et tertia pars mundi nobis adcrevit. Post Europam enim et Asiam et tota Libya nostro imperio adiuncta est, et tanto operi (8) legum caput impositum est (9); omnia (10) coelestia dona nostro tertio consulatu indulta (11).

§ 24.—Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant (12), et tam in suis iudiciis, quam in hac regia urbe habeant et proponant, et praecipue vir excelsus, huius almae urbis praefectus. Curae autem erit tribus excelsis praefectis praetoriis (13), tam Orientalibus quam Illyricis nec non Libycis, per suas auctoritates omnibus, qui suae iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimo decimo Kalendas Ianuarias (14) Iustiniano domino nostro ter (15) Consule. (533).

In nomine Domini et Dei nostri Iesu Christi

Imperator Caesar Flav. Iustinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclutus, victor triumphator (16), semper colendus Augustus, magno Senatui populoque, et universis orbis nostri civitatibus.

Dedit nobis Deus post pacem cum Persis, post Vandalicum trophaeum, et totius (17) Libyae acquisitionem, postque celeberrimae Carthaginis receptionem, et negotium renovationis veterum legum ad finem perducere, quod nemo eorum, qui ante nos Imperatores, unquam (18) in mentem inducere speravit, neque fieri omnino posse

§ 23.—Y mandamos que las leyes nuestras que en estos códigos, á saber, de las Instituciones ó Elementos, y del Digesto ó Pandectas, pusimos, entren en vigor desde nuestro tercer felicísimo consulado de la presente duodécima indicción, á tres de las Calendas de Enero, debiendo ser valederas en todo tiempo, y tener autoridad juntamente con nuestras constituciones, y mostrar en juicio su fuerza en todas las causas, ya las que después hubieren surgido, ya las que aun penden de sentencia, y á las que ni resolución alguna judicial ó amigable les puso término. Pues en manera ninguna queremos que se resuciten aquellas que ya ó han sido terminadas por sentencia judicial, ó resueltas por amigable convenio. Mas con razón nos hemos apresurado á publicar estas leyes en nuestro tercer consulado, porque la protección de Dios máximo y señor nuestro Jesucristo lo concedió felicísimo á nuestra república, pues en él concluyéronse y se trocaron en perpétua paz las guerras con los Partos, y se nos ha agregado la tercera parte del mundo. En efecto, después de Europa y de Asia, ha sido también agregada á nuestro imperio toda la Libia, y se ha puesto término á tan grande obra sobre las leyes; celestiales dones concedidos todos á nuestro tercer consulado.

§ 24.—En su virtud, todos nuestros jueces encárguense según su respectiva jurisdicción de la observancia de estas leyes, y cúmplanlas y háganlas cumplir, así en sus juicios, como en esta real ciudad, y principalmente el varón excelso, prefecto de esta feliz capital. Y los tres excelsos prefectos de los pretorios, así de Oriente, como de Iliria y de la Libia, cuidarán de hacerlas conocer por medio de su autoridad á todos los que se hallan sometidos á su jurisdicción. Dada á diez y siete de las Calendas de Enero, en el tercer consulado de nuestro señor Justiniano. (533).

En el nombre de nro. Señor y Dios Jesucristo

El emperador Cesar Flavio Justiniano, Alemánico, Gótico, Francico, Germánico, Antico, Alánico, Vandalico, Africano, pío, feliz, inclito, vencedor y triunfador, perpétuamente venerable Augusto, al gran Senado y al pueblo, y á todas las ciudades de nuestro orbe.

Nos ha concedido Dios después de la paz con los Persas, de la victoria sobre los Vándalos, y de la conquista de toda la Libia, y después de haber recobrado á la celeberrima Cartago, llevar también á término la empresa de la renovación de las antiguas leyes, que ninguno de los que antes que nosotros fueron emperadores esperó nunca

(1) mss. Flor. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Sp.; quas, ms. Pl. 2., Hal. y otros.

(2) extendentes, mss. Pl. 1. 2.

(3) imicabilis, ed. Nbg. Schf. Russ.; poco después, amicabilis.

(4) recitari, dice Russ. que leen otros; pero ἀναγιγνῆναι la const. Δέδωκεν §. 23.

(5) in tertio nostro consulatu, mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(6) aevum, mss. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(7) in hoc, ms. Bg.; Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(8) opere, ms. Flor.

(9) et, insertan ms. Bg., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.

(10) omniaque, ed. Nbg. Schf.; pero véase la const. Δέδωκεν §. 23 al final.

(11) sunt, añaden mss. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.

(12) mss. y ed. del Cód.; suspiciant, mss. Flor.; pero ἀρχόντες—ταύτων δεχόμενοι διατάξιν, la const. Δέδωκεν §. 24.

(13) praetorio, ms. Pl. 2., ed. Nbg.

(14) calendis Ianuariis, ms. Flor., Sp.; Constantinopoli, añaden Hal. y después los demás menos Sp.; pero falta en el ms. Flor.

(15) Iustiniano P. P. A. III., Hal. Russ. Cont. 62.; Iustiniano praefecto praetorio (?) A. III., Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.

(16) Cont.; triumph., omítela Br.

(17) Corr. Krieg.; totam Br.

(18) Kochl.; unquam, omítela Br.

humano ingenio (1) existimatum est; erat enim mirabile, omnem Romanam sanctionem a condita vetere Roma usque ad nostri imperii tempora, quae paene in mille et quadringentos (2) annos concurrunt, non in aliis modo, sed in imperialibus quoque constitutionibus ad omnem reducere consonantiam, et dissonantiam et pugnantiam tollere (3), eadem atque similia summovere, unam autem ipsi pulchritudinis speciem praebere, ut una lata in singulis rebus lex existeret; superni auxilii et quae illinc fuit benignitatis proprium fuit, non autem humanae cuiusdam cogitationis, aut conatus facultatisve omnino. Nos igitur, quod nobis in more positum est, manus ad Deum tendentes et postulantes nobis ipsum opitulari, aggressi sumus, atque omne perfecimus, Triboniano gloriosissimo magistro, et ex quaestore sacri nostri palatii, et ex consule, ad omne ministerium usi, nonnullis aliis illustribus sapientibusque viris; inquirentes semper ea, quae ab iis componebantur, et id quod erat dubium perscrutantes (4), omnibus vero e concessa nobis a Domino Deo et Salvatore nostro Iesu Christo cognitione et intellectus vigore (5) convenientem finem imponentes.

§ 1.—Pias igitur constitutiones iam antea duodecim libris contrahentes, Codicem nostrae pietatis cognominem composuimus; nunc vero omnium veterum iuris conditorum colligentes sententias e multitudine librorum, qui erant circiter duo millia, numerum autem versuum habebant tricies centena millia, in moderatum et perspicuum collegimus compendium (6). Quinquaginta itaque nunc fecimus libros e superioribus (7) colligentes utilia, et omnes ambiguitates (8) reserantes, et nihil adhuc dissidens relinquentes. Quem librum Digesta sive Pandecten appellavimus, tum quod legum contineat disputationes, ac decisiones (9), tum ex eo, quod omnia in unum collecta recipiat, hanc ipsi ponentes appellationem; non ultra centum quinquaginta versuum millia ipsi dantes, et in septem illum digerentes tractatus, idque non temere, verum numerorum naturam et concentum spectantes.

§ 2.—Quae enim apud omnes vocantur *Πρωτα*, in quatuor condidimus libros.

§ 3.—Deinceps quae «de iudiciis», in alios septem.

§ 4.—Et quae «de rebus», non in plures quam octo.

§ 5.—Sequentem vero operis partem, quippe quarta est pars et totius media (10), octo aliis libris inclusimus. In quibus est hypothecaria, non adeo longe a pignoratitia distans; est et aedilitium (11) edictum, et de evictionibus stipulatio; quae ambo appendices constitutae venditionum, multo autem remota a iuris ordine congregavimus propius, propter eam quam inter se habent cognationem, ut ne ea, quae de iis dis-

imaginar, y que se creyó que en manera ninguna podía ser realizada por humano ingenio; pues era, en efecto, maravilloso reducir á una sola concordancia toda la legislación romana, no ya sólo la contenida en otras constituciones, sino también en las imperiales, desde la fundación de la antigua Roma hasta los días de nuestro imperio, período que llega casi á mil y cuatrocientos años, borrar en ella toda discordancia y oposición, suprimir las repeticiones y analogías, y dar además cierta belleza á la obra, á fin de que existiese promulgada una sola ley para cada cosa; lo cual fué propio del celestial auxilio y de la benignidad que de él emana, y no en manera alguna de un pensamiento, ó conato, ó facultad humanos. Mas nosotros, levantando hacia Dios las manos, según está en nuestra costumbre, y pidiéndole que nos ayudara, hemos acometido y terminado todo este trabajo, habiéndonos valido para todo lo que requería de Triboniano, gloriosísimo maestro, excusador de nuestro sacro palacio, y excónsul, y de algunos otros ilustres y sapientísimos varones; inquirendo siempre lo que por ellos se componía, é ilustrando lo que era dudoso, y poniendo á todo término conveniente con el conocimiento y el vigor intelectual á nosotros concedidos por Jesucristo, Señor Dios y Salvador nuestro.

§ 1.—Con tal objeto, reuniendo ya antes en doce libros las constituciones imperiales, compusimos un Código con el sobrenombre de nuestra piedad; mas ahora, recogiendo las opiniones de todos los antiguos tratadistas de derecho de entre una multitud de libros, que llegaban casi á dos mil, y contenían tres millones de párrafos, las hemos reunido en un moderado y claro compendio. Y de este modo hemos formado ahora cincuenta libros recopilando lo útil de los antiguos, suprimiendo todas las ambigüedades, y no dejando subsistente ninguna disidencia. A cuya obra hemos llamado Digesto ó Pandectas, poniéndole este nombre, ya porque contenga las discusiones y decisiones de las leyes, ya porque lo encierre todo reunido en un solo cuerpo; no dándole más de ciento cincuenta mil párrafos, y dividiéndola en siete tratados, y esto no por mero capricho, sino en consideración á la naturaleza y significación de los números.

§ 2.—Así, pues, hemos encerrado en cuatro libros lo que todos llaman *Πρωτα*, (preliminares).

§ 3.—Después en otros siete lo que á los juicios se refiere.

§ 4.—Y en no más de ocho lo que á las cosas.

§ 5.—Mas la siguiente parte de la obra, que es en verdad la cuarta y la del medio de toda ella, la hemos incluido en otros ocho libros. En los cuales se halla la acción hipotecaria, no muy distante de la pignoratitia; también el edicto edilicio y la estipulación de las evicciones, cuyos dos tratados son anejos de las ventas; pues hemos puesto más cercanas, por causa del parentesco que entre sí tienen, materias que se hallaban muy

(1) *Cont.*; hum. ing. *omitelus* Br.

(2) *Koehl.*; trecentos, Br.

(3) *Koehl.*; const. omnem consonantiam et dissonantiam sentire, pugn. toll. Br.

(4) *Cont.*; interrogantes semper, quod erat, controversum autem discentes, Br.

(5) *Cont.*; spe por intell. vig., Br.

(6) *Cont.*; ad modulatum simul et facile conspiciendam coegimus collectionem., Br.

(7) coelesti favore por e sup., *Cont.*

(8) *Cont.*; universas quaestiones por omn. amb., Br.

(9) *Koehl.*; divisiones ac distinctiones, Br.

(10) *Cont.*; dimidia, Br.

(11) *Cont.*; Aedilium, Br.

serunt, longe a se distent. Deinde his adiunximus de usuris terrestribus, atque maritimis, et de instrumentis, et productione testium et probationibus, atque praesumptionibus (1) uno libro; tres hosce libros post tractatum «de rebus» prope invicem apponentes. Et rursus quae de sponsalibus, et nuptiis, et dote legibus statuta sunt, congregantes, tres libros in hac compositione habere concessimus; enimvero de curatoribus iunioris (2) aetatis duos illos, qui «de tutelis» apud omnes appellantur, et hic in summam redeimus; octo horum librorum tractatum et maxime mediam, ut dictum est, hanc partem totius compositionis fecimus, optimas profecto et utilissimas legum in his describentes.

§ 6.—Quae autem ad testamenta pertinent, et insuper de legatis et fideicommissis universa in novem librorum numerum contulimus, quibus praeferuntur duo, qui de testamentis et codicillis tum in universum, inquit, tum de iis (3), quae faciunt, ut volunt, milites, conditi sunt et «de testamentis» inscripti; quinque vero deinceps de legatis et fideicommissis et omni eorum quaestione disserentes. Et quoniam Falcidia sermo contiguus congruensque erat legatorum et fideicommissorum proprietati, propterea et eum continuo legatorum subiecit tractatui, librum integrum ipsi assignantes cum brevi quodam additamento. Et rursus quoniam ad Falcidia imitationem in fideicommissis erat quod vocatur Trebellianum Senatusconsultum, huic quoque extremum compositionis huius tribuimus locum, omne quod hanc ad iuris partem pertinet in Trebellianum conferentes, et supervacuum esse antiqui Pegasiani dispositionem comperientes, et absurdas horum Senatusconsultorum differentias et similitudines, quas sane antiqui etiam perosi, nimis subtiliter excogitatas et damnosas vocarunt, et simpliciori quadam ratione universam hanc formam concinnantes, et in Trebelliani conformantes ordinem; et haec profecto quinta pars totius compositionis in novem hosce libros coadunata est (4), in quibus nihil de caducis, quae olim obtinebant, nobis dictum est, quoniam haec quoque inauspicata quadam necessitate in Romana vigentia republica, et civilium bellorum triste monumentum non decebat temporibus illis usurpari, quibus Deus pacem nobis dedit agere domi forisque, et quando opus sit bellum gerere, facillime ipsius opera adversarios superare.

§ 7.—Sequitur autem nobis et sexta quaedam portio huius universi systematis, octo inclusa libris. Praeclare autem exorditur ab iis quae de bonorum possessionibus appellantur, quas nos similiter ut cetera considerantes, tum quae ad ingenuos, tum quae ad libertinos pertinent, ex multa superiori confusione et obscuritate (5) in dilucidam perduximus brevitatem, duorum librorum numerum ipsis sufficere arbitrari. Adnexuimus autem ipsis quoque ab intestato vocatas universas successiones et ipsos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inscriptis, et

